Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·SIS· 5

tu nescis pane tuo donec reuertaris in
terram de qua assumptus es quia pulvis
es & in pulverem reuerteris. Et vocavit a
dam nomen uxoris suae Eua eo quod esset
mater cunctorum viventium. Fecit quoque
dominus deus Adae & uxori eius tunicas
pelliceas & indutit eos. Et ait. Ecce Adam
factus est sicut unus ex nobis scientes bonum
& malum. Nunc ergo ne forte mittat
manum suam & sumat de ligno vi
tae. & comedat & vivat in aeternum. Emi
sitque eum dominus deus de paradiso
voluptatis ut operaretur terram de qua
sumptus est. Eiecitque Adam. & collocavit
ante paradisum voluptatis cherubim &
flammeum gladium atque versatilem
ad custodiendam viam ligni vitae.

Adam vero cognovit IIII·
etiam uxorem suam atque con
cepit & peperit Cain dicens. Possedi
hominem per dominum. Rursumque pe
perit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel
pastor ovium. & Cain agricola. Factum e
autem post multos dies. ut offerret
Cain munera domino de fructibus ter
ae. Abel quoque obtulit de primogenitis gre
gis sui. & de adipibus eorum. Et respexit do
minus ad Abel. & ad munera eius. ad Cain autem
& ad munera illius non respexit. Iratusque
est Cain vehementer. & cecidit vultus
eius. Dixitque dominus ad eum. Cur ir
ratus es. & cur cecidit facies tua. Non
ne si bene egeris recipies. sin autem male
egeris statim in foribus peccatum tuum adest
sub te erit appetitus eius. & tu dominabis
illius. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum.
Egrediamur foras. Cumque essent ma
ris. surrexit Cain adversus Abel fratrem suum.
& interfecit eum. Et ait dominus ad Ca
in. Ubi est Abel frater tuus. Qui respondit.
Nescio. Numquid custos fratris mei sum.
Dixitque dominus ad Cain. Quid fecisti.
Ecce vox sanguinis fratris tui cla
mat ad me de terra. Nunc igitur maledictus
eris super terram. quae aperuit os suum. et
suscepit sanguinem fratris tui de manu
tua. Cum operatus fueris eam. non dabit
fructus suos. Vagus & profugus eris super
terram omnibus diebus vitae tuae. Dixitque Ca
in ad dominum. Maior est iniquitas mea
quam ut veniam merear. Ecce eiecis
me hodie a facie terae & a facie tua abscon
dar. & ero vagus & profugus in terra. Omnis
igitur qui invenerit me occidet me. Dixeque
ei dominus. Nequaquam ita fiet. sed omnis
qui occiderit Cain. septiplum punietur.
Posuitque dominus Cain signum. ut non
eum interficeret omnis qui invenisset eum.
Egressusque Cain a facie domini. habitavit profu
gus in terra ad orientalem plagam eden.
Cognovit autem Cain uxorem suam.
quae concepit & peperit Henoch. Et aedificavit
civitatem. vocavitque nomen eius Hen
noch filii sui Henoch. Porro Henoch genu
it Irad. & Irad genuit Mehuiael. & Me
huiael genuit Mathusael. & Mathusael
genuit Lamech. Qui accepit duas uxo
res. Nomen unae Ada. & nomen alterae Sella.
Genuitque Ada Iabel. qui fuit pater habitan
tium in tentoriis atque pastorum. & nomen
fratris eius Iubal. ipse fuit pater canentium in
cithara & organo. Sella quoque genuit Tu
balcain. qui fuit malleator. & faber in
cuncta opera aeris & ferri. Soror vero Tubal
Cain. Noema. Dixitque Lamech uxoribus
suis. Ada & Sella. Audite vocem meam.
uxores Lamech. auscultate sermonem
meum. Quia occidi virum in vulnerem
meum. & adolescentulum in livorem meo.
Septiplum ultio dabitur de Cain. Lamech
vero septuagies septies. Cognovit quoque
adhuc Adam uxorem suam. & peperit
filium. vocavitque nomen eius Seth. di
cens. Posuit mihi deus semen alium
pro Abel. quem occidit Cain. Sed & Seth na
tus est filius. quem vocavit Enos. Iste
coepit invocare nomen domini. V·

Hic est liber generationis Adae. In die qua
creavit deus hominem. ad imagi
nem & similitudinem dei fe
cit illum. masculum & feminam creavit
eos. Et benedixit illis. vocavitque nomen
eorum Adam in die quo creati sunt. Vixit
autem Adam centum triginta annis. & genuit filium
ad imaginem & similitudinem suam.
vocavitque nomen eius Seth. Et fecit
dies Adam postquam genuit Seth. decem
annis. & genuit filios & filias. Et factum est
omnes dies quos vixit Adam. nongenti triginta
annis. & mortuus est. Vixit quoque Seth centum
quinquaginta annis. & genuit Enos. Vixitque Seth post
quam genuit Enos. octingentis septem annis.

Adam